UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Fundamenta cœlestis Ierusalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

3. Inſuper in hoc theſauro vulnerum conſidera ſuper effluentem menſuram ſatisfactionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, omniumque pariter Sanctorum, qui paſſionibus ſuis & martyriis plùs ſatisfacêre, quàm propria promeruêre peccata: *Ad theſauri cumulum* (ita in Extrauaganti, *Vnigenitus*, definitur) *adminiculum etiam præſtare merita B. Virginis & aliorum Sanctorum*. Quod ipſum redundat in maiorem gloriam vulnerum Chriſti; non enim ſolùm pro nobis ſatisfecerunt; ſed etiam nobis communicarunt poteſtatem & virtutem ſatisfaciendi pro aliis,

Ex his, quæ dicta, iſtam in exercitio virtutum facies reflexionem: cùm, nimirùm, tentationes inimici ſuperas, cùm Diuinâ adimpleris Gratia, cùm ſanctis inſpirationibus ſuperefluis? agnoſce Diuinorum vulnerum efficaciam, ab illis enim hæc omnia profluunt. Virtus illius pretioſi Sanguinis in te operatur: quare iuſtum eſt te in quouis loco, & in omni opere eſſe eorum memorem, agendo gratias & benedicendo ea in æternũ. Matri quoque ſanctiſſimæ age gratias, quia dum commnicat dolori ſanctorum vulnerum, cùm illa ob inexplicabilem ſuam puritatem non indigeat eorum lauacro, tibi etiam impertit eius effectum. Et eodem modo tecum facient alii Sancti, *qui adimpleuerunt, quod deerat paſſionum Chriſti in carne ſua, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* *Coloſſ. 1.*

Consideratio XV.

VULNERA CHRISTI.

Fundamenta cœleſtis Ieruſalem.

1. FUndamenta ciuitatis debent eſſe proportionata ædificio. Habitaculum cœleſte in ſua altitudine erigitur ad viſionem vſque Dei: profundè igitur iacenda ſunt fundamenta eius vſque ad Humilitatem Chriſti. *Humilitas Paſſionis meritum eſt gloria Reſurrectionis.* *S. Aug. in Ioan. tract. 104.*

2. Hæc fundamenti ratio ſpecialiter Chriſto competit propter ſanctiſſima vulnera. Ideòque verba illa

Iſa. 40. Iſaiæ) *in omnibus meis deſcripſi te*) alio modo leg[illegible]
Ex Heb. aliis: *fundamentalem tui conſtitutionem in man[illegible]*
tatus ſum. Juxta metam & terminum Gloriæ [illegible]
& diſpoſui in manibus meis fundamenta vulner[illegible]
profundam abyſſum, quæ nos extollit eleua[illegible]
ſublimitatem cœleſtis Gloriæ!

3. Verùm diſcrepat hoc fundamentum ab ali[illegible]
mentis ædificiorum materialium: quia hæc [illegible]
totum ædificium, neque terra, quæ exinde eff[illegible]
Ephes. 2. ſeruit muris exſtruendis: at fundamentum [illegible]
nerum *creſcit in Templum ſanctum, in habitac[illegible]*
in Spiritu ſancto. Totum id, quod neceſſari[illegible]
conſtruenda & erigenda templa ſpiritualis noſtr[illegible]
fectionis, eruitur ex fundamento vulnerum Chri[illegible]

Consideratio XVI.

VULNERA JESU NAZ[ARE]NI

Flores æternæ Gloriæ.

Cant. 2.

S. Bernard. in Cant. ſerm. 33.

1. IAm hyems tranſiit; imber abiit & [illegible]
Tranſiit hyems infidelitatis & inimicitiæ cum [illegible]
quia in terra virginea Humanitatis pullularunt [illegible]
vulnerum. *Flores rubentes & ardentes: rubent [illegible]*
guine Paſſionis, & ardentes igne Charitatis. In [illegible]
rubeſcunt, ardeſcunt in Charitate. Flores, qu[illegible]
ſpinas ardent, & non conſumuntur: vt ſpinetum [illegible]
dis noſtri fœliciter quoque ardeat, & ardendo no[illegible]
cetur, ſed omnigenarum virtutum floribus eff[illegible]
ſcat:

2. Inter deliquia amoris anima Deo dil[illegible]